praefati Castrensis Premisliensis dillonem sibi non recipientes nullasque motiones
appellationes ac omnem prosequutiones faciendas ac praemissa omnia paenis simpli-
cibus vel tricatis quasionibus suspensionis fatalis iuris prossecutione terre-
stri bello conuetione et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non sub-
terfugiens. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Fredrowie inscriptionem Notarii Terrae Lublinensis Approbant

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosi Joannes et Valentinus Fredrowie de Pleszowice
fratres inter se germani Generosi olim Stanislai Fredro in Morance filii ex
Generosa Anna de Trzciana procreati sani mentibus et corporibus existentes
a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibuscunque propriis
et competentibus recedendo se vero cum successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus iurisdictioni officii Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem
attinet totaliter et plenarie incorporantes et subiicientes palam libere publice
ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse re-
cognovit. Quia ipsi existentes Generosae Zophiae de Trzciana Generosi Gaspa-
ri Zorawinski consortis in gradu consanguinitatis lineae paternae proxi-
miores cliberando Generosos Joannem et Gasparum Zorawinskie
fratres germanos et praefatam Generosam Zophiam de Trzciana prae-
fati Gaspari Zorawinski secundis nuptiis consortem suam vero con-
sanguineam de submissione per intercisam seu recognitionem coram a-
ctis Terrestribus Lublinensibus sub actu feria secunda post festum Cir-
cumcisionis Christi Domini anno praesenti Millesimo Sexcentesimo
Trigesimo primo roboratis Generoso Nicolao Stwienski de Stwiszyn
Notario Terrestri Lublinensi facta cessionem quam praefata Zophia
Zurawinska consanguinea sua praenominato Generoso Notario Terrae
Lublinensis de inscriptione una videlicet super summam Dotis sex milli-
um florenorum polonicalium Altera super advitalitatem per olim Adamum Cha-
miec priorem maritum regnantis coram actis eisdem Terrestribus Lublinensibus
sub actu feria secunda post festum Circumcisionis Christi Domini

anno

praesenti factis et recognitis sub personalibus recognitionibus in toto ad
praesens approbant et super illam cessionem modo praemisso in personam
praefati Generosi Notarii Terrae Lublinensis seu eius consentiunt atque
praefati Generosi Notarii Terrae Lublinensis seu eius consentiunt atque
eandem acsi pro tunc cum assistentia et consensu illorum facta esset habe-
ri volunt in omnibus salvam et integram iurisque beneficia habentem plena-
riamque praefati regnantes Generosi Joannes et Valentinus Fredrowie dant
et concedunt plenariam et omnimodam facultatem absolutamque pote-
statem praefato Generoso Nicolao Stwinski Notario Terrae Lublinensis
eiciuis posteris inscriptionem praesentem ex his Actis Castrensibus authentice de-
promptam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis
in se habentia quandocunque volunt transferendi et transportandi quae
transportatio tanti valebit acsi per ipsosmet regnantes transportata foret.
Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante.

Blazowsczy et Wysoczanski Roborant

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobiles Andreas et Michael Blazowscy fratres inter
se regnantes ab una et Paulus Wysoczanski ex altera partibus sani men-
tibus et corporibus existentes a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et competentibus recedentes huic autem iurisdictioni
Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bo-
nisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiici-
endo palam libere publice ac perexpressum recognoverunt et quilibet
ipsorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos
successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis
habitis et habendis sibi mutuo et invicem una pars alteri ac posteris vtri-
usque partis inscribunt et obligant intercisam certam inter se reco-
gnoscentes ratione certarum rerum et conditionum ineaque intercisa con-
tentarum de actu et data hic Premisliae die hesterna actu praesenti
praecedentis confectis manibus regnantium subscriptis in omnibus et sin-
gulis eiusque intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis
ligaminibusque et nexibus tam in toto quam in parte firmiter tenere com-
plere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illic contentis